

Edition

[fol. 144r] Passio Pragensium^a Iudeorum^a secundum Iohannem rusticum quadratum^b.

Vespere¹ autem sabati, que lucescit in prima sabati, ingressus sacerdos cum corpore Iesu^c in Iudeam. Iudei sibi obviam exierunt et portantes lapides in manibus suis clamabant^d dicentes²: „Lapidetur iste, quia^e filium Dei fecit^f.“ Deinde pueri Hebreorum tollentes saxa platearum obviaverunt sacerdoti clamantes et dicentes: „Maledictus, quem portas in tuis manibus.“ Videns autem hoc sacerdos dixit Christianis: „Ut quid³ non^g molesti estis huic genti? Opus enim pessimum operata est in me. Hanc^h enim habetisⁱ vobiscum^h, me autem raro habebitis. Ut⁴ quid perditio hec? Mittentes⁵ autem hos^j lapides in corpus Iesu offendendum^k ipsum et me faciunt^l. Amen, amen, dico vobis, ubicumque fuerit^m publicatum^m hoc factum, in toto mundoⁿ dicatur, quod in contentum^o nostre^p orthodoxe fidei hec fecerunt.“

At illi iniectores manuum^q in Iesum potestate presidis captivi ducti sunt ad domum preconis, que vulgariter dicitur Zatlavia^r. Et factum est, cum hec^s perciperent^s predicatorum ecclesiarum Pragensium,

- | | | | | |
|----------------------------------|--|--|--|---------------------|
| a) Judaeorum Pragensium <i>P</i> | b) Überschrift in einer anderen helleren Tinte, aber von gleicher Hand <i>PL</i> | c) Jesus <i>P</i> | d) et clamabant <i>M</i> | e) quoniam <i>M</i> |
| f) se fecit <i>P</i> | g) superskribiert <i>P</i> | h-h) Hanc autem semper habebitis vobiscum <i>M</i> | i) habetis nunc <i>P</i> | j) hoc <i>M</i> |
| k) ad offendendum <i>P</i> | l) faciunt <i>fehlt M</i> | m) publicatum fuerit <i>P</i> | n) orbe <i>M</i> | |
| o) contemptum <i>P</i> | p) nostrae <i>M, P</i> ; nostro <i>PL</i> | q) lapidum <i>P</i> | r) satlawia <i>M</i> ; satlawia <i>P</i> | |
| | s-s) hec perceperint <i>M</i> ; hoc percepissent <i>P</i> | | | |

1) *Matth. 28,1*: Vespere autem sabati quae lucescit in primam sabati | venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulchrum.

2) *Mich. 4,11*: et nunc congregatae sunt super te gentes multae | quae dicunt lapidetur et aspiciat in Sion oculus noster. *Joh. 19,7*: Responderunt ei Iudaei | nos legem habemus et secundum legem debet mori quia Filium Dei se fecit. – *LEHMANN, Parodie (wie oben, Anm. 9) S. 212 Anm. zu Z. 4ff., verweist zudem auf die Antiphon zur benedictio palmarum* (pueri Hebreorum portantes ramos olivarum obviaverunt Domino clamantes et dicentes: Hosanna in excelsis).

3) *Matth. 26,10–11*: sciens autem Iesus ait illis | quid molesti estis mulieri | opus bonum operata est in me / nam semper pauperes habetis vobiscum | me autem non semper habetis.

4) *Matth. 26,8*: videntes autem discipuli indignati sunt dicentes | ut quid perditio haec.

5) *Matth. 26,12–13*: Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit / amen dico vobis | ubicumque praedicatum fuerit hoc evangelium in toto mundo | dicetur et quod haec fecit in memoriam eius.